Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



.lxxj.

493

cent eis. ℣ Animae eorum bonis demorentur et semen eorum hereditet terram. Absolue. Tractus. Domine animas omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum. ℣ Et gratia tua illis succurrente mereantur evadere iudicium vindicantis et lucis aeternae beatitudinis perfrui. Quando pro uno celebrat: Gradus. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quia tu mecum es domine. ℣ Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Tractus. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. ℣ Sitivit anima mea ad deum vivum quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. ℣ Fuerunt michi lacrime mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies ubi est deus tuus. Domine ihu. Offertorium. Domine iesu xpe rex glorie libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura sed signifer sanctus michael repraesentet eas in lucem sanctam Quam olim abrahae promisisti et seminui eius. ℣ Hostias et preces tibi domine offerimus tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac